



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Margarita Evangelica**

**Essche, Nicolas van**

**Coloniae, 1545**

Oratio pro humilitate & patientia. 45

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

## MARGARITAE EVANG.

tuę videlicet crucifixionis ac mortis. Denique per ineffabilem dolorem illum , quem in cruce sustinuisti, aufer a me omnes malas delectatiōes carnis meæ, & adiuua me, vt nullam siue in celo siue in terra delectationem requiram , & omnem pœnam ac dolorem a quaniamiter feram, vt sic te in me quiescere delectet. Sed & per magnam paupertatem illam, quā ex amore pro me in cruce & toto spacio vitæ tuæ sustinuisti, omnē in me rebus temporaliū sitim & cōcupiscentiā extingue, et da mihi, q̄ placita sunt tibi in aia et corpore. Quia tu solus , quibus indigeam , optime nosti . Ideoque & fiducialiter in te projicio oīm curam & sollicitudinem meam, libenter facturus omnem voluntatem tuam. Postremo per maximam ignominiam illam, quam ex amore pro me in cruce sustinuisti, ita vt latrone te sceleratorem iudicarent , omnem a me ambitionem & animositatē repelle, quatenus in me honorem bene dicatum nomen tuum. Extrahe quoq; ex me quicquid displicet tibi, & restitue mihi quacunque placita sunt tibi, facque me hominē secundum cor tuum, vt sic tibi placere valeam, & tu te ipsum in me, quoties placuerit tibi, spiritualiter ac etiam sacramentaliter accipere possis. Quod tibi dulcissime domine Deus meus ex intimo faueo affectu cordis mei, nec ulli libentius quam tibi, quatenus in me iuxta voluntatem tuam per merita tua impleatur desiderium tuum. Amen.

Oratio pro humilitate ac patientia.  
Cap. XLV.

Da



DOMINI LIBER III.

**D**a mihi, o amabilissime domine Deus, ut  
non sim superbus, sed magnanimus, inten-  
tus auxilio gratiae tuae: non pusillanimis  
sed humilis, de meipso semper humiliter sentiendo;  
Quicquid enim boni facio, non ego hoc operor,  
sed tu in me et per me illud facis. Da igitur mihi  
domine, ut de meipso semper humiliter sentia,  
sicque incessanter cogitem. O domine Deus, sine  
te nil possum. Quicquid ergo bene feci, hoc tu  
ipse fecisti, & de illo laus tibi sit & honor, quod  
videlicet hoc bonum in me & per me es opera  
ri dignatus, quod ego nequaquam merui. Et si  
fortasse hoc alii in peius interpretentur eisq[ue] dis-  
pliceat, da quæso ut hoc me minime perturbet.  
Ego enim illud non feci, sed omnia opera nostra  
tu operatus es nobis. Obscro te o mi dilectissi-  
me, adiuua me, ut propter neminem bonum ali-  
quod omittam, & quoties præter iustitiam aut  
exigitatem aliquid sustineo, in vera patientia  
perseuerem, considerans quod tecum & cū omni-  
bus sanctis tuis eundem passionis calicem bibā.  
Da quoq[ue] mihi, ut semper longanimitis & humi-  
lis existam, quatenus me tecum exhilarare pos-  
sim. Hoc etenim ex corde faueo tibi o amantissi-  
me. Tu nāq[ue] solus me pfecte consolari potes. Bre-  
vis aut & modica est omnis humana consolatio,  
prout quotidiana experientia addisco. Maledictus  
ergo q[ui] confidit in hoīe. Non em hoīes adiuuare  
nos possunt. Sed Deus p[ro] ipsos nos adiuuat p[ro] gra-  
tia sua, quam p[ro] vnum hoīem alijs ministrat. Ne  
mo proinde in hoīe qcunq[ue] cōfidere debet. Soll  
nāq[ue] Deo omnis laus & honor pro omni beneficio  
debet, qui et cor nostrū sine felle habere appetit.  
Vnde & ipm s̄p̄ius hoc pacto orare debemus:

O do-

## MARGARITAE EVANG.

O domine Deus meus, custodi obsecro cor meum, & aufer a me omnem in me obicem gratitiae, & restitue mihi, quicquid auget & nutrit in me gratiam tuam, ut in me pacem & gaudium habere possis. Quod tibi quam optime fauo, nec alicui libentius quam tibi, suauissime & suerdulcissime domine Deus meus.

De tribus capitalibus vitis mundi,  
& quid aduersum ea do-  
minus pertulerit.

Cap. XLVI.

In epistola sua sanctus Ioannes: Omne quod est in mundo (ait) concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitz. Contra haec filius Dei tria valde grauia, poena & ignominiosa sustinuit tormenta in omni vita, maxime autem in cruce sua. Et primo contra delectationem carnis omnem penalitatem a planta pedis usque ad verticem capitis sui, fructu & per prophetam suum conqueritur, dicens: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Secundo contra concupiscentiam oculorum, omnem paupertatem praesertim in cruce sustinuit, in qua mirum totus nudus ac nimium sitibodus peperit, prout ipsemet querulatur, dicens: Vulpes iuueas habent, & volucres coeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Tertia contra superbiam vitez omnem contempnit, despectum, confusionem atque irrisiōnēm suffinit. De quibus ipse conqueritur, dicens: Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Hæc itaq; velut speculum ob oculos p

